Avicula Hermetis *Catholica.*

De *Mercurio* Sulphure & Sale Philosophorum *in uno subjecto.*

Hoc est,

Brevis & perspicua declaratio, trium omnium rerum, principiorum, quorum virtute, & efficacia, Epilepsia, Calculus, Podagra, & *summatim omnes diuturni, inveterati, fixi, & difficilis curationis reliquiæ (divinâ assistente gratia) fundamentaliter & radicitus omnes tolluntur morbi, una sola aliqua medicina.*

Autore

Salomone Raphaele in mundo R.

LONDINI,
Apud *Thomam Harperum*,
1638.

L 76

e Libris

Johannis Mullart

ptt 3 [illegible] 48

[illegible] G.

Arms of Sir H
Berkeley

Ex dono Henrici
Berkeley mil: et
Barronett: 7.mo May:
1630

~~1026 n. 15~~
~~1 - 3~~
b. 69. bb. 14
1.3

Avicula Hermetis *Catholica.*

De *Mercurio* Sulphure & Sale Philosophorum *in uno subjecto.*

Hoc est,

Brevis & perspicua declaratio, trium omnium rerum, principiorum, quorum virtute, & efficacia, Epilepsia, Calculus, Podagra, & *summatim omnes diuturni, inveterati, fixi, & difficilis curationis reliquiis (divinâ assistente gratia) fundamentaliter & radicitus omnes tolluntur morbi, una sola aliqua medicina.*

Autore

Salomone Raphaele in mundo R.

LONDINI,
Apud *Thomam Harperum*,
1638.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

5 BBg

De nomine *Mercurii* Philoſophis.

CEntrum viſitabis terræ,
Omnes ex quo res producuntur natæ.
In ſphæra invenies Mercurium.
Quẽ proprio ſuo vincias Venere.
Ex Globo pelle vaporem.
Quem artis eliciunt clavem.
Perge uſquedum rubicundus effluat ſanguis.
Quæ res eſt in igne perſeverans.
Quæ duo ex uno profecta, una res ſunt.
Fixum ſi conjunxeris volatili,
Ignem impetrabis miraculoſum illum.

Mercurium *mundum, thesaurum pretiosum & charum,*
In quo etiam latent ista omnia,
De quibus Chymatri tam anxiè soliciti,
Sulphur, & Sal, Terram & aquam, Aerem, & ignem hic quoque reperire habes.
Quare unicum Mercurium *investigare studeas.*
Septem, Cujus nomen habet literas, tres syllabas & tres vocales.
Numero mille centum & unum.
In principio 50, centum & 51 in fine.
Medium verò habet mille.
Constansque simul 4 consonantibus.
Est verum ipsius nomen & genuinum.

Pra-

Præfatio.

Ommuni dicitur proverbio: Nulli creditur Prophetæ, nisi edat miracula. Quæ tamen etsi Dominus noster servator, *Iesus Christus* ediderit plurima, nihilo magis tamen axioma hoc prævaluit, dum à paucissimis; cum primis vero à vul-

go ſapientibus & literatis non fuit receptus, idque duabus potiſſimum de cauſis minimè probabilibus.

Ac primo quidem ex immenſo illo odio quo tenentur veritati ſemper reluctantes, tum etiam ex nimia ambitione, quo fit ut proceres & plurimi ſibi ipſis, præcæteris doctiores & ſapientiores viſi, ab aliquo erudiri, ignominioſum ſibi eſſe duxerint.

Atque etiamnum hodie hoc veris medicis Hermeticis accidit, qui tamen etſi ſæpenumerò exigua medicinæ ſuæ quantitate ſpeciem dederint,

derint, nihilominus à Miſochymicis & Veritatis oſoribus odio habentur.

Nam hinc ſe duo genera hominum exhibent, quorum unum extremâ duntaxat invidia, Medicamina Chymica, ut Venenata proclamat, ſecundum proverbium. *Ars non habet oſorem, niſi ignorantem.* Alterum genus ſunt qui etiamſi (à propriis conſcientiis convicti) in eandem irent veritatis ſententiam, propterea tamen (inſtar Vulpeculæ cui cauda abſciſſa) talia medicamenta famoſa, & ſuſpecta reddere conantur, quia

ab aliis de meliori erudiri erubescunt, ne autoritas ipsorum pessundat. In quem etiã finem nil magis prætexere habent, quam scriptorum Philosophicorum nimiã obscuritatem. Atq; his de causis, hanc medicinam tam clarè & perspicuè in apricum proferre commotus fui, & quidem magis, quàm ante factum fuit unquam, quo tandem aliquando ipsis ejusmodi præcludantur effugia.

Tracta-

Tractatus primus.

De Mercurio.

Caput 1.

De primis Medicinæ noſtræ principiis, quomodo eadem generantur & naſcuntur.

OMnis ſapientia, omniaque bona bona proficiſcuntur à Deo. Impetraturus ergo hanc me-

medicinam (absque imploratione auxilii divini) jam longè est remotus ab ea: filius vero & amicus altissimi confidenter se naturæ imitatorem gloriari audet, quoniam ipsa post Deum creatorem suum, principalis causa est in hac arte, qui enim naturæ operationes non sedulo observant, similes hiis qui sine alis volant.

Sacrosancta vero omnipotensque divina Majestas, unicam tantum creavit naturam, quæ simul ac à summo rerum conditore, jure feudali quatuor elementorũ donata fuit in sua distincta ea divisit dominia (secũdum tamen Dei altissimi beneplacitum, Cujus voluntatur naturæ obediendum) eaque Elementa

ista

ista ordinavit, ut unum in alterum indesinenter & certanter ageret: est igitur primum & nobilissimum Elementum, Ignis, qui incipit agere in aerem,& ibi produxit *Sulph.* Aer operando in aqua produxit *Sal.* Aqua conjungendo sive operando cum terra generavit Mercurium, atque adeo producuntur tria principia, quæ in terra permanentia nutriuntur ibi, & sustentantur ista,ut vel hinc Hermetici, illius dicti veritas magis magisque eluceſcat.

Nu-

Nutrix ejus terra eſt.

Cap. 2.

De Mercurio *Philoſophorum.*

QVid ſit *Mercurius Philoſophorum:* poſtquam quatuor elementa voluntate & imaginatione naturæ, in terræ centrum ſuas projecerunt virtutes, tunc rurſus calor terræ centralis, & incluſus eundem vaporem ſublimat, ad terræ ſuperficiem, per cujus penetrans poros, terra reſolvitur in aquam (quæ ventus nimirum reſolutus) dicitur *Merc.* ex quo res naſcuntur cunctæ in toto univerſo mundo. Non eſt igitur *Merc.* Philoſophorũ *Merc.* ille vulgi, nec alicujus cor-

corporum metallicorum imperfectorum. Sed est omnium istorum radix, & principium. Quare in communi Philosophi dixerunt, Est in *Merc.* quicquid quærunt sapientes.

Potest enim omnibus in universum nominari nominibus, quia universæ res totius universi hoc solo, & uno producuntur *Merc.* suo vero proprio, & genuino nomine appellatur aer, ac pro certo credite nisi hujus coagulati aeris niveum oculis meis viderim candorem, manibusque contrectarim. Vtiq; in Mari nostro aquam siccam esse non credidissem. Atque cum ipsum contrectâssem, admiratus sum valde quòd omnia in omnibus essent in eo in re tam viliſſima. Dum vero

vero de eo, ob vilitatem ejus adhuc dubitarem, experientia ipsa probaturus eram, an verus, & genuinus aer sit? Exponebam eum igitur vitrò aperto aeri libero, ecce coram oculis meis evanescebat in auras, atque brevissimo temporis spatio, revertebatur in aerem. Vique magnetica, qui prius quoque aer fuerat, reducebatur in *Chaos* suum, cujus rei causa, magno implebar gaudio. Quare quotquot ex hac narratione mea verissima, aeris nostri nomen, atque vires assecuti fueritis, Oro atque obtestor, ut perpetuo in timore domini ambulantes, hoc coram indignis secretum, sedulo occultetis, ne philosophorum diris execrationibus expositi, tandem

etiam

etiam æternæ dānationi obnoxii fiatis: *Merc.* igitur philosophorum nihil nisi coagulatus aer est, & aqua ficca occulta in mari nostro, secundum Hermetem dicentem,

Portavit illud ventus in ventre suo.

Cap. 3.

VBi & in quo loco *Merc.* noster inveniendus, ubi noster quærendus sit *Merc.* Philosophi maximè occultarunt, ita ut è millibus vix unus id assequi possit, dignis tamen indicatur per parabolas, & occultis verbis. Primò terra fuit expers vallium,

Montium

Montium, lapidum, ſive ſaxorum & mineralium planiſſima & pinguiſſima, per naturam vero poſtmodum tranſmutata in varias ſpecies (Elementa enim in terræ centrum ſuum projecerunt ſemen) ex quorum rurſus terræ Arehæus *Merc.* noſtrum ſublimando diſtribuit in matrices, quæ ſunt innumeræ. Quot loca, tot matrices, una purior altera. At vero quia noſter Mercurius tantum unicus eſt inſtar aquæ fontanæ in medio alicujus menſæ planæ collocatæ, in cujus circumferentia res variæ, Variiq; colores, Item. Sal, Oleum, &c. poſita, quod quiſ ſeparatim effuſa poſtea aqua hinc inde diffluit, & dum Rivulus unus attingit colores, varies colorabitur ſecundũ

ſpeciem

ſpeciem coloris. Si fluit in ſal, habebit ſaporem ſalis, vel naturam. Qui vero Rivulus attingit Oleum, Olei, ſive unctuoſitatis acquiret naturam, & ſic de cæteris. Aqua enim non mutat, quæ attingit loca, ſed loca mutant aquam. Simili modo omnium rerum unicus ſaltem eſt, *Merc.* Qui varias tamen producit res pro Matricum nimirum diverſitate, ad quas vapor ille tranſit, & prout plus minuſve a naturæ vulcano coquitur, & digeritur. Ex omnibus igitur philoſophis probo, *Merc.* noſtrum in omnibus eſſe rebus, in vegetabilibus & animalibus, æque ac in mineralibus: Sed ex uno longe difficilius eſt eum extrahere, quàm ex altero. Addo quod in prioribus

bus duobus tam pertinaciter adhæreat, in plurimis etiam adeo impurus sit, ut firme arte eum extrahere impossibile sit. Quare Philosophi post multas exantlatas Lucubrationes & labores, unicam tandem solam in toto terrarum orbe invenerunt materiam, è qua noster *Merc.* facili separatur negotio, eaq; est *Satur.* sive Molibdena, sive Gallena, id est *Antim.* unde Rasis dicit, affirmo tibi vivam nostram aquam è plumbagine esse separandam, quæ omnia perficit. Et Rosarius magnus *Merc.* philosophorum ille, est in quē natura paululum operata est. Et in metallicā formam formavit, sed imperfectum reliquit. Item Flamellus nascitur in terræ visceribus plumbea

plumbea quadã materia *Merc.* congelatus qui accipiendus, & in his concordant omnes hilosophi, dicentes. In *Saturn.* esse materiam propinquiorem ex qua facillime extrahitur noster *Merc.* Vt ex libello (cui titulus *Mons magnesiæ*) pluribus id demonstratur rationibus, quas brevitatis causa hic prætermitto.

Cap. 4.

Quomodo Merc. *Philosophorum extrahendus & præparãdus.*

MOdus extrahendi *Merc.* ex *Antim.* talis est. Fiat primus Regulus cujus processum descripsimus in nostro dispensatorio chymico, qui regulus toties sub-

ſublimandus erit, donec in albiſſimos nivis inſtar abeat flores qui per *Tartar.* facillima methodo in *Merc.* vivum reducuntur.

Præparatio Mercurij.

℞ Mercurium philoſophorum pone in putrefactione 40 dierum ſpatio, qui vertetur in nigredinem. Hanc nigredinem ex retorta loricata nudo igni diſtillabis in receptaculum ipſi congrue adaptatum, gradatim tamen ſuſcipiendo, & quidem primo egreditur phlegma, quod tamdiu deſtillari ſinito, donec albiſſimi ſubſequantur ſpiritus, quos reſerva. Aliud Recipiens adapta paulatimque ſucceſſive ignem fortifica uſquedum ſanguineæ egredientur,

dientur guttulæ (quæ ſanguis ſunt Leonis viridis) ſuo proprio coagulandæ, figendæque ſale. *Doſis* eſt, granum unum in *Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, Mania, Phthiſi, Ictero, Hydrope, Calculo, Nephritide, Podagra, Epaticis* & ſpleneticis affectibus. *Lepra, Morbo Gallico*, omnibus febrium ſpeciebus, & morbis mercurialibus venenatis, & arſenicalibus.

Ænigma de *Merc.* Philoſophorum.

I *Sum argentum vivum, purum, & mundum,*
N *Non pretioſum, vile, & ubique repertum.*
I *Multi de Sale, & Sulphure ſunt ſoliciti,*

T *Quæ tamen in meo bajulo*
ventre,
I *Quotusquisque quærit in re-*
bus altis,
V *Me vero vili pendens, usur-*
pare nolens,
M *Frustra conterit tempus.*
S *Causa est quod multi ex ar-*
tificibus,
A *Ad formam meam vilem &*
simplicem,
P *Ambitiosè offenduntur mul-*
ti fariam,
I *Attamen si ego à prudente*
manu,
E *Si fuero captus atq; cognitus,*
N *Nunquam à me abstinet.*
T *Etiam in viam ejectam me*
amando
I *Sub aspero & crosso meo pal-*
lio,

Æ *Compodibus vinctum aurum æthereum.*

1 2 4 5

P *Plumbeum, Lunã, Venerẽ &*
I *Jovem, Martem, Mercuriũ.*
E *Terram, Aquam, Aerem,*
Ventum, & Ignem,
T *In meo porto ſacculo caro:*
A *Quare cuncta totius hujus*
mundi,
S *Res, de me lætitia efferuntur,*
ve dicitur.

Huc pertinet fig. ilittera I.

Tractatus secundus

De Sulphure.

Cap. 5.

De Sulphure Philosophorum quid sit.

CApite de *Mercurio* dixi, quod omnes res terrestres ex vapore liquido, & volatili sive aere producuntur. Si igitur vapor ille è Centro terræ sublimatus transit per loca calida, & pura, ubi pinguedo *Sulphuris* terræ parietibus adhæret, tunc miscetur vapor ille sive *Merc.* pinguedini, sive oleosæ substantiæ, & eousque sublimantur una, usquedum probè uniantur, & coagulentur

coagulentur, quod tũ appellatur *Sulph.* philoſophorum, & *Sol* philoſophorum. Hoc eſt cum vapor ſubtilis cum pura ſubtili terra permixtus, ex hoc natura operatur *Merc.* philoſophorũ. Si igitur compoſitum hoc, à ſua ſuperfluitate depuratur, & digeritur, exoritur inde ignea quædam ſubſtantia, quæ dicitur *Sulph.* philoſophorũ vocatur etiã ovum philoſophorũ, & *Vitriol.* philoſophorum, conſiderando *Merc.* philoſophorum ſuum proprium in ſe bonum, & purum habere *Sulph.* ſecundum pondus verum naturæ ſibi admixtum. Eſt igitur *Sulph.* philoſophorum, nihil niſi *Merc.* duplicatus: Arrige aures Pamphile.

Cap. 6.

VBi *Sulph.* noſtrum inveniendum, & unde extrahendum. Aiunt philoſophi quod *Antim.* eſt *Merc.* *Vitrid.* vero *Sulph.* quibus ſignificare volunt, in quibus *Sulph.* & *Merc.* iplorum quærenda, nihilominus naturam paulo altius ſpeculantes, re ipſa comperimus *Antim.* & *Vitrid.* ad noſtrum opus parum eſſe proficua, ſatius igitur eſt ſolo ovo noſtro animum applicare quia in ipſo (unico nimirum ſubjecto) quatuor inſunt elementa, ſicuti apparet.

Vitellum in Ovo ignem ſive *Sulph.* repræſentare, Albumen, Aquam, Cuticulam, Aerem, & Corticem, Terram ſive Sal, intrinſeca

trinſeca vero Avicula verus ille *Merc.* eſt, Anima, & quinta eſſentia, quam unicam, & ſolam ad noſtram expoſtulamus medicinam. Peritiores etiam & medici id ſciunt, quod præſtantiſſima è noſtro ovo poſſint præparari medicamina; quod philoſophi corpus album & clarum de duobus monticulis parabolicè nominârunt: prout de hac re in noſtro tractatu univerſali de macrocoſmo, fuſius diſſeritur.

Cap. 7.

Quomodo Sulph. *philosophorum extrahendum & præparandum sit.*

OVorum philosophorum recentium recipe *lib.6.* pone in terra retorta in fornacem distillatoriam (qualis requiritur ad conficiẽdum aquam fortem) probeq; adaptatum recipiens, & Phlegma lentissimo calore abstrahe, donec ascendit fumus albus, atq; adeo in recipiente Avicula Hermetis se demittat, tunc auge ignem, idque continua, donec videris aurum volatile instar sanguinis rubicundum, guttatim distillare, tunc habes verũ *Sulph.* phi-

philoſophorum, ex quo præparatur *Sol* potabile, ad liberandum corpora humana ab omnibus infirmitatibus, renovat enim hominem, reſtauratque ſenem quoad fieri per naturam licet, reducitque eum ad ſanitatis, & integritatis ſtatum, qualis eſt hominum 25 annorum.

Ænigma de Sulphure Philoſophorum.

O *Sulphur Rex omnium metallorum,*
R *Puriſſimus & formoſiſſimus omnium,*
A *Tui maximè opus eſt.*
N *Poſt* Mercurium, *ſecus tui indigus,*
D *Ut fixari nequeat.*

O *Qui sine te pauper & inops homo est.*
E *Unicum indicare habeo,*
T *Vereor ut sinistre intelligatur,*
L *Sine cura & ratione simplici-*
A *Vulgari modo, & sophistico,*
S *Cœco, prono, & fortuito*
O *An* Sulph. *hic vulgare valeat,*
R *Respondeo tibi candide,*
A *Nullum hic valere metallorũ,*
N *Nec herbas, nec animalia,*
D *Nec indigemus mineralium,*
O *Licet sapientes horum nominum,*
F *Sæpe figurate, mentionem faciunt,*
I *Nullum tamen aliud hic prodest* Sulph.
O *Nisi quod est in* Mercurio.

Huc pertinet fig. 2 lit. B.

Tractatus tertius.

De Sale.

Caput 8.

DE sale Philosophorum quid sit? Ex sacris constat literis omnipotentiam divinam omnia ex nihilo creasse, excepto homine, quem formavit ex materiæ portione, nimirum aliqua terra extracta, in qua reliquæ omnes creaturæ complicatæ fuerunt. Hinc dicit dominus servator, *Iesus Christus, Mat. cap. 9.* vos estis *Sal* terræ, est igitur in terra sal quod omnia resolvit, & anatomizat, & in primam reducit materiam. Prout in Grano tri-

tici in aere est, quod nisi in terram projectum, multiplicari & regenerari nequit, ubi a corrosivo sale terræ resolvitur, & referratur.

Triplex vero in terra reperitur *Sal*, unum volatile, Sali armoniaco & *Merc.* simile, alterum mediæ naturæ, *Sulp.* & *Vitriol.* simile, tertiu est Alcali, & fixum, commune sali & auro simile; si igitur hinc verborum meorum mentem fueris assecutus, ex his & jam pauciss. plus quam 16 annorum spatio didiciſti. Tandem tibi fideliſſime affirmo, noſtrum Salem nil nisi *Sulph.* esse & *Merc.* in quo sal latet.

Cap.

Cap. 9.

Vbi ſal noſtrum quærendum, & unde extrahendum.

SAl totius artis radix, & clavis eſt, qui aperit, & claudit quare in eo omnia latent ſecreta, ſecundum Hermetem dicentẽ.

Sal metallorum eſt lapis philoſophorum, & qui habet ſal metallorum, ille habet ſecretum ſapientum antiquorum. Nam in ſale metallorũ ea ſingula latent. corpus nimirum. ſpiritus & anima *Mere.* & *Sulph.*

Quapropter etiam Philoſophi locum ipſius ſummo ſtudio occuluerunt, unanimiter tamen ſuis affirmant diſcipulis & filiis,

in aqua illud inveniri, quibus verbis silicem, tibi innotescit.

Videmus enim in fluminibus pulcherrimos, & transparentes inveniri silices, crystallorum instar. Atque ex his varii generis gemmæ, *Smaragdi*, *Hyacinthi*, *Rubini*, *Topasii*, *Saphiri*, *&c.* confici possunt, prout ipse tales sequenti parari modo usus sum.

℞. *Saturni.* Calcinati ad summam rubedinẽ partes 5, *Silicum* calcinatorum partem unam, invicem bene mixta colliquescant igni, & primo quidem fiunt lapilli virides *smaragdorum* instar: ultimo rubinorum instar rubicundi & secundum quod ignis diriguntur gradus, in varios etiam transmutantur colores, pro diversa enim coctione di-

versæ fiunt gemmæ, non tamen adeo fixæ prout naturales gemmæ sunt, & bene quidem, nam nostra materia primo (attestantibus omnibus philosophis) debet in principio esse volatilis; insuper etiam aiunt materiam suam omnes continere colores, quod verum esse, exemplariter gemmarum coloribus modo demonstravi.

Inquiunt porro in suo lapide maximum latere ignem: at vero omnibus constat, aliter ignem haberi non posse, nisi vi chalibis è silicibus eliciatur.

Dicunt item rem esse viliſſimam, & ubique repertam, ad leviores res ubique usurpatam, neminemque absque ea habere vitam posse. Quæso fratres quid

silicibus

silicibus abjectius est? annon ubique reperiuntur isti? Non ne etiam ubique ad leviores usus adhibentur? Imo quis igne destitutus viveret? sine quo nemo calefacere, aut coquere potest. Atque hoc paululum perstringere libuit, quo videatis philosophos suum lapidem bene quidem rectèque descripsisse, insipientes vero non ea bene percepisse.

Quibus paucula hæc non sufficiunt, perlegat de hac materia librum (cui titulus Collegium philosophorum, ubi meram omnium philosophorum aperte inveniet concordantiam Omnesq; perhibent operantem in hac arte sine sale nihil profecturum: Nostrum enim Salarmoniacum omnia

omnia resolvit corpora, eaque in oleum, sive puram aquam resolvit. Ac propterea a philosophis dicitur, Clavis artis, ut in libello (clavis sapient.) dicto pluribus videre est.

Cap. 10.

Quomodo sal philosophorum præparandum.

OPus nostrũ appellatur opus mulierum, & ludus puerorum, nam defæcando, lavando depurando, solvendo, & coquendo, salia clarificantur, & purificantur. Sublimationem, solutionem, & coagulationem toties repetendum donec prorsus crystallina, & fluida reddantur: atque

atque id in eum qui ſequitur modum.

R. Silicum noſtrorum quantumvis, ponceos in retorta probe lorieata, diſtilla per gradus, exibit primo cum ſpiritu Sal volatile, forma vaporis ſub acri, cujuſque pars adhærebit collo retortæ, quam exime & permiſce cum ea quæ exivit parte, poſtea ſucceſſive adauge ignem, donec oleum inſtar ſanguinis rubieundum nactus fueris, quod aurum eſt noſtrum æthereum & philoſophicum fœtidum, & venenatum, & diſtillare perge 48 horarum ſpatio quo perficitur deſtillatio. Poſtea aufer id quod eſt egreſſum, & bene reſerva ne quid expiret, relictas vero fæces in retorta exime,

exime, & calcina igne aperto, quoad in cineres redigantur, ex quibus beneficio aquæ pluvialis diſtilatæ calidæ extrahe ſalem, uſque dum in ijs nulla amplius ſentiatur ſalſedo. Extractum filtra, coagula, & invenies ſal fixum, quod toties ſolvendo, filtrando, & coagulando purificabis, donec omnino, cryſtallinum evadat. Eadem ratione reſervatur ſal volatile, & oleum ad ſupremum puritatis gradum rectificanda ſunt, atque ſic ex uno ſubjecto tria principia, nimirum, ſal noſtrũ armoniarum, quod eſt noſter *Merc.* ſive ſpiritus, aurum noſtrum, id eſt *Sulph.* noſtrum, ſive animam, & terram noſtram, id eſt, *Sal* noſtrum & corpus habebit, quæ (ſecundum

ultimum

ultimum de elixire vitæ tractatum) conjungenda, & figenda sunt, & habebis in fine coccinei coloris rubini instar pellucidum lapillum, secundum phiolæ formam liquefactum.

Qui lapis omnes consumit infirmitates, quomodocunque nominentur, instar igni consumens: Dosis quidem ejus est perexigua, vires vero maximæ. Tollit Lepram, Luem Veneream, Hydropiam, omnes in universum febres, calculum, Nephritidem, Colicã, Podagram, Epilepsiam, Apoplexiam, Lupum, Cancrum, fistulas, serpiginem, omnes species Herniarũ & procedentiarum utriusque sexus, sterilitatem, & impotentiam, contractum, & Paralysin, in

in summa, omnes tam externos quàm internos naturæ defectus, prout in tractatu de Leone rubeo, fusiùs explicatur.

Ænigma de Sale Philosophorum.

I *Sine me in tellure longe lateque diffuso,*
O *Nihil nascitur unquam,*
H *Summam in meo sinu gesto medicinam,*
A *Nemo verò improbum me videt unquam,*
N *Soli sapientes quærentes me inveniunt,*
N *Secundum Dei gratuitum, benè placitum,*
E *In me sal est exquisitè purum, & mundum,*

S *Aliter*

S *Aliter nequæras, ſuadeo fideliter,*
S *Secus fruſtra conſumes tempus & pecuniam,*
P *Plumbum, aurum & argentum ſæpè nominantur,*
H *Quæ omnia in me crede firmiter.*
E *Sum Draco venenatus, & deformis,*
R *Acriter me tractes opertet,*
A *Ignem ſecus ſuſtinere nequeo,*
M *Aqua mea & ignis omnia præſentant,*
V *Ac de me conficiunt lapidem clarum,*
N *Modo purum ab impuro ritè ſeparaveris,*
D *Secus homo manſurus es miſellus,*

V. *Ac cum capiti junxeris caudam,*

S *Tunc hanc acquires medicinam,*

R *Rubeum rubinum, thesaurum valde pretiosum,*

H *Omnes tollentem morbos miraculosè,*

V *Senes renovantem, latitiam eis conferentem,*

M *In supremo sanitatis gradu ipsos conservantem,*

E *Hilares, & mundos reddentes, Deo benedicente.*

L *Attamen ritè si me præparaveris,*

I *Et ab omnibus sordibus depuraberis,*

V *Alias sicuti sum, maneo venenum,*

M *Quo nihil præstare poteris unquam.*

Huc

Huc pertinet figura 3 litt. C.
Epilogus totius opuſculi.

Vnus tantummodo lapis eſt, qui dicitur magneſia, unica materia, quæ prima dicitur omniũ metallorum, & unica ejus præparatio, quæ fit uno igni, & uno furno, id eſt (*Athanore*) unica illa præparatio ſolutio eſt, & congelatio.

Materia vero noſtra vera eſt catholica, & univerſalis ante fermentationẽ, poſt vero ſpecifica. Quare mi frater ne confundaris, quod tres ſpecies, & tria poſuerim regimina, recte me intelligenti & naturam cognoſcenti, omnia tibi unum erunt, res una, radix una, eſſentia una cui nihil apponitur,

apponitur, nisi superfluum removetur: quemadmodum igitur una est in tribus, sic etiam saltem uni scripsi, tribus tamen de causis.

Prima causa est, ut amatoribus hujus artis, qui hanc à me petierunt declarationem, benevolum animum exhiberem. Quo excipiuntur omnes Zoili, Misochymici, contemptores, & nasuti qui præ nimia prudentia gramen crescere audiunt: secundo iis saltem scripsi qui fundamenta sua jecerunt, & principia artis bene didicerunt. Quo excipiuntur omnes indocti, imperfecti, opifices, mechanici, sutores, sartores, figuli, alias otiosi, scurræ suas deserentes vocationes, qui huic medicinæ operam dare conantur

conantur, ubique valet proverbium, *Asinus ad Lyram.* Tertio saltem etiam scripsi sedulis laborantibus & quidem breviter, (si quidem & ego longâ verborum seriem non amo) quo ansam præbeam diligentibus, philosophorum perlegere scripta & manu laborare. Quo excipiuntur omnes ignavi, quibus animus non est contrectare carbones, præmansam offam expectantes. Nam Deus bona sua vendit laboribus.

Vltimo etiam solis piis & Deum timentibus scripsi, id est, probis, diligentibus, humilibus, quoniam ipsi etiam absque meo monitu non ignorant Medicinam hanc solis à Deo impetrari precibus.

Quo

Quo excluduntur omnes perversi, & impii homines, Scortatores, Maledici, Avari, thrasones, heluones, aleatores, epicurei, ignavi & otiosi, in summa quotquot nefandis criminibus pertinaciter dediti sunt. Si igitur eris Deum timens, naturæ scrutator, & bene informatus Medicus, qui de philosophia gloriatur, procul dubio tantum tibi erit, etiam sapientiæ & naturalis scientiæ, quod neque *Antim.* neque vinum, neque silex, quia saltem parabolice significavi, & nihilominus particulariter multifariam perfectam de se pharmacopeam deprome repossunt, si ad nostram medicinam adhibeantur, quia saltem specifica, & ex nostro profecta *Merc.* catholico & universali.

Atque

Atque nunc coronidis loco, Deum benedictum, & omniſcium obſecro, ut omnes impios, & malignos, quorum cordium eſt ſcrutator, cœcitate percutiat, ut videntes non comprehendant, audientes non intelligant, incipientes non perficiant. Piis vero benigne largiatur ſapientiam, & intellectum, gratiam, & benedictionem ad impetrandum hanc medicinam, eamque ad nominis ſui ſacroſancti laudem ſempiternam, gloriam, & honorem uſurpandum, *Amen*.

Appendix.

Particularis ex *Antim.* medicina adverſus omnes ægritudines.

R. *Antim.* Alcoliſati quantumvis ſuperfunde aceti proprii ad eminentiam trium digitorum, & extrahatur *Antim.* rubedo, acetum tinctum decantetur, & arte ſpagirita in rubicundiſſimum circuletur oleum.

Porro accipiatur Regulus *Antim.* & digeratur cum *Sale* noſtro armoniaco vegetabili, per integrum menſem, poſtea iterum per menſem *Sale* noſtro animali, tandem cum *Sale* noſtro minerali, & fiet ex Regulo argentum vivum, quod exquiſite depuretur, poſtea cum prædicto oleo, more chymicorum præparetur, & accipies pulverem ſubfuſcum, cœleſtem medicinam, ad curandos omnis generis morbos periculoſos, corporiſ-

que infirmitates, utpote Podagram, Lepram, Epilepsiam, Apoplexiam, Hydropiam, Febres & Pestem.

Dosis est ab 1 ad 2, 3 Grana in Vino generoso.

FINIS.

Itaque

Laus Trimegisto.

ELIXIR VITÆ:

sive

Ovum aureum, adversus jam dominantem Luem, Pestilentialem, Mercurialem & Sulphureas Epidemicas Febres, & Cephaleas usurpandum.

Autore
Salomone Raphaele in mundo R.

Una custodia pietas.

LONDINI,
Apud *Thomam Harperum*,
1638.

Hoſeæ *cap.*6. Ezekiel. *cap.*22. Deut. *cap.*28.

DOminus habet cauſam increpandi terræ incolas, quia nulla fides, nulla charitas, nullaque habitat in terra pietas, ſed invaluerunt obtrectationes, & maledictiones, homicidia, furta, adulteria, & inceſtus unus excipit alterius

patrem,& matrem, vili pendunt, peregrinis injuriam faciunt, Viduas,& Orbos exigunt iniquissimè, alii, erga alios utuntur fœnore, avari sunt erga proximum, & sibi invicem vim inferunt, & obliviscuntur mei, *Dicit Dominus Iehovah.*

Quare universus terræ status erit miserrimus, omniumque incolarum conditio erit pessima.

Proœmi-

Proœmium.

DE aureo ovo multa & varia scripserunt veteres medici, quod sit suprema, & præstantissima adversus luem pestiferam, easque hereditarias infirmitates medicina. Attamen quanquam hæc verba sint verissima, nihilominus evidenter apparet, quod aureo illi ovo in Pharmacopeis usitato, minima insunt vires adversus venenatissimam hanc Luem: Causa est quod non sit, verum ovum istum aureum, de quo veri scripserunt philosophi.

Cum igitur in commune commodum meorum agrotantium, tractatum aliquem de pestis origine, præservatione & curatione conscripserim, in quo varia & multa approbata remedia posui; Ille vero tractatus nimis sit prolixus, neque cujusque conditio ferat magnos perlegere libros: Placuit unum, & præstantissimum remedium, nimirum verum veterum ovum aureum, ejusque genuinam, & veram preparationem; ut ipsum usum fundamentaliter, & candide in lucem proferre, quo (post auxilium Dei omnipotentis) unicè confidere licet. Hisce fruere, & vale.

Cap.

Cap. 1.

De origine Peſtis.
Eccleſiaſticus cap. 11. *ver.* 14.

OMnia ſunt à Deo, bona & mala, Fortuna, vita, & mors. Quamvis enim in generali meo tractatu quinque entia, & cauſas poſuerim: initium tamen feci ab Ente Dei, ſicuti ex ſacris conſtat literis, non hanc ſolum, ſed etiam reliquas omnes calamitates publicas, & univerſales, eſſe niſi paternas adhortationes, & admonitiones, delictorumque noſtrorum ſupplicia, ſecundum dei omnipotentis verba dicentis apud prophetam *Ezekielem cap.* 14 Quoniam adeo perverſi ſunt

prævaricando mihi prævaricatione, Peste eos percutiam, & perdam, & *Ecclesiasticus cap.* 38. qui peccat adversus opificem Deum suum incidit in manus medici.

Est igitur principalis causa & origo pernicioſi hujus morbi, peccatū nostrum, & vita nostra Irresipiscibilis. Entia sive causæ naturales hoc ens sequūtur, prout in primo allegato opusculo fusius declaratur, hic vero brevitatis studio prætermittitur.

Cap. 2.

De præservatione Pestis.

PRæcedente capite mentionem feci de duplici hujus morbi causa, quarum una, spiritualis,

tualis, altera corporalis. Atq; pro ut duplicis hujus luis cauſæ poſitæ ſunt; ſic etiã duplicia adverſus eam remedia præſervationis, adhibenda ſunt ſecundum certiſſimum, & veriſſimũ Axioma,

Similia curantur ſimilibus.

Quare cum noſtris peccatis (vt dictum) patrem noſtrum cœleſtem dilectum & miſericordem, quotidie offendimus; ſit prima, & principalis cauſa hujus pœnæ, ſic etiam prima & principalis præſervatio, eſt vera pœnitẽtia, & reſipiſcentia, abſtinentia peccatorũ, & melioratio vitæ. Poſteaq; licet etiam naturalia adhibere remedia, *Dicente Eccleſiaſtico cap.* 38. Fili cum tu

tu ægrotas, ne hoc despicias, sed ora dominum, & ipse curabit te. Desine à delicto, & manum in recto occupa, atque ab omni peccato cor tuum munda.

Cap. 3.

De Remediis ad præservationem requisitis.

LEgimus *Exod.* 12. *ver.* 21, 22, 23. Cum Dominus Ægyptum hac lue percussurus erat, quod ex mandato Dei Moses Israelitis edixerit, quod sanguinem mactatorum agnorum, superliminaribus, postibusque domiciliorū suorum admovere, nec porta postea eorundem ad matutinum usque exire debeant:

dominum

dominum enim proceſſurum ad percutiendū Ægyptum, quumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, duobuſque poſtibus, tranſiturum tunc eum præter portam, nec paſſurum ingredi interfectorem in domos ipſorum ad percutiendum. Obſervabimus igitur rem hanc pro ſtatuto nobis noſtriſque filiis in ſeculum.

Conſiderate hic charitatem, & providentiam benigni noſtri, & miſericordis patris cœleſtis, quam præclarum ſua divina Majeſtas nobis præſcripſerit exemplum, tam corporale, quam ſpirituale, huic mandato (quæſo frater & ſoror in Chriſto, diligenter obedias,) nil enim præſtantius habere potes ſuperliminari poſtibuſque cordis tui admovens

admovens ſanguinem innocentiſſimi Agni, Ieſu Chriſti, vera nimirum pœnitentia vitaque pura. Occlude portam cordis tui, nequà exeat fideliſſimus ſervator tuus, Ieſus Chriſtus, ac tu ipſe impia hujus mundi vita expatiari noli, ne quà fortiter perditor humani generis Diabolus, inſtar Leonis rugientis obambulans, te capiendi, & devorandi anſam nanciſcatur, interim tamen etiam corporaliter domi permaneto, nec quemvis perambula angulum, cum primis caſſia negotia ſunt expedienda nulla. Multi enim iſtiuſmodi, non neceſſariis obambulationibus ſibiipſis aſciverunt periculũ. Quare ſæpe in corde tuo hæc repete verba. Confidens in Latibulo

Excelſi,

Excelsi, in umbra omnipotentis indesinenter pernoctans dicit, in domino est receptus meus, & propugnaculum meum, cui confido. Quandoquidem eripit me à laqueo aucupantis, à peste æruminosissima, cadentibus ab altero latere meo mille, & decies mille à dextera mea, ad me tamẽ non accedet plaga. Et hæc est unica illa spiritualis præservatio, ac quãdo *Dinah* expatiatur, stuprabatur. Atq; sic quilibet etiam venenum fugere debet, ut videre est apud *Esaiam cap.* 26. Vade Populo mi intra cubicula tua, & absconde te donec pertranseat indignatio mea, & *Ezech. cap.* 7. Qui in civitate sunt, pestilentia & fame devorabuntur, & salvabuntur qui aufugerint ex iis.

Cap.

Cap. 4.

De Curatione.

NOn ignoremus ex sacra scriptura, *Mat. cap.* 10. Quod ne capillus quidem capitis decidat sine voluntate Dei omnipotentis: Deo vero sancto te visitante & castigante hac ferula, similiter duobus his utere remediis, nimirum spiritualibus, & corporalibus, sicut in præservatione dictum, secundum divum Apostolum *Iacobum* dicentem cap. 5. si quis vestrum infirmabitur, accersat Presbyteros Ecclesiæ, & orent pro eo, unguentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei servabit laborantem morbo, erigetque

eum

eum dominus; quòd si peccata commisserit, remittentur ei. Faciat ut pauperes pro eo deprecentur, & quod ii benevolo præstat animo, hostiam ipsis offerat, hostiam inquam largam. Eleemosynæ enim delent peccata, liberant à morte, & vitam adferunt, & *Ecclesiasticus* dicit cap. 38. vers. 11. Ab omni peccato cor tuum munda, exhibe odorem bonum, & similam in tui memoriam, & offer, oblationem, pinguem (pauperibus intellige) quasi jam discessurus esses. Deinde Medico da locum, etenim ipsum creavit dominus, neque absistito ab eodem, tibi opus est eo. Est interdum tempus, quum manibus ipsorum ægrotantium, bonus successus evenire

potest.

potest. Etenim dominum ipsi oraturi sunt, ut det eis quietem sanitatemque ad vitam.

Caput 5.

De Remediis Curationis.

PRæstantissimum remedium curativum sunt seriæ preces, in firma, fortique fide, non dubitante, prout testatur ipse noster fidelissimus servator, & salvator *Jesus Christus, Mark. c. 11. v. 9. 23, 24.* habete fidem Dei, *Amen* enim dico vobis, quicunque dixerit monti huic, tollatur, & projiciatur in mare, nec dubitaverit in corde suo, sed crediderit futura, quæ dicit, fiet ei quicquid dixerit: propterea dico vobis quæcunque

quæcunque orantes petitis, credite vos accipere, & erunt vobis, ut *Matth. 9. Iohn 16.* quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit id vobis. Valde igitur errant, quotquot Deus omnipotens corporali hac corripit infirmitate, qui ante omnia inquirunt medicum, Dei vero (qui morbum inflixit) oblivíscentes, ut Rex *Iudah* faciebat, de quo legimus 2 *Chronic. cap. 16.* Vbi non mirum eſt, quod nullus Medicorum conſilia proſper ſequatur, ſucceſſus, id quod quotidiana teſtatur experientia.

Quod omnes confundantur, qui nō cum primis apud verum, & unicum medicum quærunt auxilium, in nomine filii ſui dilecti unigeniti *Jeſu Chriſti.*

Primum

Primum igitur & præcipuum ægrotantis officium est, quærere regnum Dei, tum enim cæterorum omnium ad corporalem curationem pertinentium, prosper sperandus eventus, prout sequitur sequente capite.

Cap. 6.

De corporali Medicina, & quomodo debet præparari.

IN generali meo tractatu demonstravi, neque *Theriacam*, neq; *Mithridatū*, nec purgantia, sudorifera, nec pulveres, confectiones, Electuaria, potiones, nec Ovum Aureum, Lapidem Bezoarticum, multoque minus alia leviora, secundum communem modum

modum præparata, in hoc morbo ſufficere, ſed ſola fortuna nixa, interdum eſſe proficua, interdum vero non? Quapropter (cum ea in locum affectum non penetrent) ſaltem ut accidentium medicamenta appropriata, quando virus peſtilentiale non adeo validum eſt, adminiſtrari poſſunt.

Simul ac indicavi varia, & vera Medicamina, cum ſuis præparationibus, radicem, & originem ipſum tollentia. Nam ſi tollitur cauſa, tollitur etiam accidens. Cum igitur hic morbus in velociſſimo ſpirituali veneno Mercuriali ſubſiſtat, quod moram non patitur, ſimiliter etiam oportet, ſimiles ſpecies, ſpiritualia nimirum, & Mercurialia medicamẽta

(cito

Cito nimirum penetrantia, hostemque ſuum ſummis viribus aggredientia) exhibere & adminiſtrare. Simile enim à ſimili profligandum, & avertendum, prout in jam citato meo tractatu magno, latius declaratur. Et quamvis in eodem tractatu varia philoſophorum remedia velociſſimo huic veneno adverſantia, à deo patre miſericordiarum creata, hic tamen animus eſt de unica ſola, & ſuprema agere medicina, ſecundum proverbium, Volens calceare equos, accedat potius ferrarium nonnunquam imperfectum, & rerum ſuarum erit certior.

Vnica hæc medicina dicitur Ovum aureum, de quo Hermes Medicorum pater, primo ſcripſit

& præparavit ex *Merc. Sol* & *Luna* philoſophorum ſcilicet, prout docet, dicens, Tribus tibi ad hoc opus, opus eſt ſpeciebus: Primo aqua cœleſti, ſecundo Leone viridi, id eſt, *Luna*, tertio ære Hermetis, id eſt, oleo ſive auro.

Et hoc dicit propterea, ut inſipientes qui hanc aggrediuntur medicinam, nec tamen ſtuduerunt, deterreat. Nam ut veritatem dicam, hæc tria unica tantum res ſunt, in qua hæc tria diſtincta reperiuntur, quæ tamen virtus, non de vulgari auro, & argento, intelligenda, propterea nimirum, quod id quod vim & vigorem, id eſt, vitam, & multiplicationem, cunctis rebus impertit, in communi auro, & argento

gentò mortuum & extinctũ eſt.

Errant igitur quotquot aurum potabile, ex vulgari auro, & argento præparant: quæ nunquam philoſophorum fuit opinio.

Siquidem vulgare aurum in ſuptemam fixitatem à natura redactum eſt, ita ut impoſſibile ſit illud, ullo alio corroſivo, igneque dividere, & in primam reducere materiam, æque difficulter ac ex pane & aceto rurſus frumentum, & vinum fieri poteſt: qui his fidem adhibere non vult, cum ſuo damno experiatur. Experto crede Roberto. Vnicum igitur *Sol* ſive *Sulph.* accipiendum, quod in magneſia, latet, id eſt, Oeum noſtrum de quo in Cantico canticorum mentio fit, cujus hæc eſt præparatio.

Præ-

Præparatio Ovi Aurei.

R. Ovorum noſtrorum (quo candidiora, eo meliora ſunt ad medicinam noſtram, quo minus depuranda erunt) quantum vis, ſed noſtrorum accipe, non vulgarium, pone in phiola, ita ut tres ejus partes nudæ maneant, quarta vero pars ſola repleta, pone vitrum bene ſigillatum in calorem blandum, unius gradus, & intra 50 dies, cineritium acquirent colorem, poſtea nigerrima inſtar atramenti evadent, & ſecundum apparentiam ad inſtar inſulæ alicujus quæ etiam peribit, & poſt apparitionem variorum colorum, in jucundiſſimam, & candidiſſimam

albedinem, ab hac in citrinum colorem, ultimo in rubicundum, instar rubini perlucidi lapillum (instar coagulati sanguinis) mutabuntur, quod tandem ortum est Ovum Aureum, & vera uni eaque veterum præparatio, & suprema medicina in Peste, dysenteria Lue pannonica, &c.

In omnibus venenatis, pestilentialibus febribus, ardentibus, Epidemicis, Cephalcis, & contagiosis morbis, generaliter sine damno, senibus, & juvenibus, pueruli, & lactantibus, Gravidis, & puerperis: in summa cunctis absque discrimine usurpanda: ægroque de ea à 3. ad 5. 7. grana piperis in bono vino veteri propinanda, ita ut sumpta medicina bene sudet, & venenum (divino

vino assistente auxilio) vitam ipsius non nocebit. *Itaque Sanctæ Trinitati gloria & laus in æternum.*

Cap. 7.

De Medicinis particularibus adversantibus huic morbo.

POstquam divina favente gratia, sufficientem de universali medicina mentionem feci, exigit hinc necessitas exponere aliqua particularia, nequid interea (usquedum universalis præparetur medicina, quod longum tempus requirit) negligatur, quorum varia, & multa, in tractatu meo universali de peste

præscripsi, hoc vero loco ea tantum, qui minoris pretii, & facilioris præparationis sunt, proponere mens est prout sequitur. R. Olei succini rectificati cum *Camph. Tinctur. Coralliorum cum S. V.* Balsami sulphuris ana. Misce de hoc oleo, patiens 10 vel 11 guttulas, habita ratione personarum capiat, in aliqua aqua *Bezoartica*, sive generoso vino veteri, & bene coopertus sudet: Prodest similiter senibus, & juvenibus, viris, & mulieribus tam ad præservationem, quam curationem, interim tamen prius evacuetur ventriculus à superflua pituita & bile per vomitoria, ne spiritualis hæc medicina ab illis impediatur, sed locum habeat eo citius penetrandi; &c. Ad

superfluitates evacuandas prodest *Sol.* purgans, sive arcanum, *Vitriol.* In horum vero defectu administrari poterunt flores *Antim.* sive *Sal Vitriol.*

Externè vero potest applicari argentum vivum, vel etiam Emplastrum Croceum attractivum de vitellis Ovorum, ad derivandum, & extrahendum venenum. Atque hæc de præservatione, curando, curatione, præservando vero propinetur de isto oleo quotidie mane Guttula, vel ad summum duæ, & nonnihil pului, & naribus admoveatur secundum præscriptionem tractatus mei magni.

Conclusio.

Atque sic libellum hunc (divina assistente gratia) septem capitibus absolvi, & quemadmodum cum Deo (qui A. & Ω. est, principium, atq; finis, ipsum incepi) sic eundem libellum cum eodem finiam, ac sancto suo nomine concludam, idque sequenti precatiuncula.

Ah domine, nostra delicta pœnas meruerunt, nostra enim inobedientia maxima est, qua te offendimus, sed adjuva nos propter sanctum nomen tuum, & esto nobis benignus propter misericordiam tuam. Auter à nobis crudelem Luem pestilentialem, nec interfice nos terribili hac plaga,

plaga, nec tolle nos è medio horribili hac Lue, ſed miſerere noſtrum, propter unigenitum tuum filium Ieſum Chriſtum ſervatorem noſtrum. Ah audi domine, & eſto nobis miſeris peccatoribus miſericors, ne reprehendas nos in ira tua, neque in excandeſcentia caſtiges nos, quia ſperamus in te, tu ſolus es refugium noſtrum, & robur noſtrum, in extremis noſtris quas incidimus anguſtiis. Quare tibi confidimus, nec abſtinemus, donec nobis rurſus ſis gratioſus. Ah Domine, Gratioſus eſto nobis, & gratias tibi agemus in æternum. *Amen.*

Appendix.

De auro potabili triplici.

TRes gradus sunt Auri potabilis, primus appellatur mineralis, secundus Animalis, Tertius vegetabilis.

Confectio Auri potabilis mineralis fit tantummodo ex *Saturno* nostro sequenti modo.

R. Aurum nostrum in viis projectum, & gratis ubique repertum, colore nigro, albo, & rubeo. Hoc totum accipito cum suis vestimentis, fimo & stercore inquinatum, & succus inde exprimatur, qui (rite præparatus) Camphoræ perlucidæ non erit absimilis, qui ponatur in

in Balneo Septimestre spatium quo pro anxietate sanguinem sudabit, & cãdidam generabit filiam, cum qua postea matrimonium inibit, sed ob iniquitatem nostram, à *Justiniano* Iudice plectetur, & decimestri spatio (unà cum conjuge) in carcerem duplicatum condemnabitur, & conjicietur, quo tempore uxor infantem pariet, qui dicitur filius philosophorum. Quo *Sol.* potabile, minerale absolutum est duorum annorum spatio à principio usque ad finem. (In prima, & secunda operatione) ad sui confectionem requirens.

Aurum potabile animale sequenti conficitur modo.

Rx. Aquam maris nostri quantumvis, inprimis eoque, ut fiat

inde purus liquor, poſtmodum candida columba, quæ temporis progreſſu in unicam ſe tranſmutabit phœnicem, quod fit per ſeparationem puri ab impuro, ac per unam unicam coctionem continuam, qua abſolvitur opus, & perficitur ſex menſium ſpatio: ſicque Lapis Animalis paratus eſt.

Tertium Aurum potabile (vegetabile dictum) hoc præparatur modo, ex quinque nimirum ſpeciebus, & octo dierum ſpatio, quare etiam dicitur quinta eſſentia vegetabilis.

R. Salis *Saturn.* vegetabilis, quantum vis Sulphuris vegetabilis, ſingulorum, tantum, quantū nimirum pro incorporatione ſufficit. Coque tu primo ſal

Saturn.

Saturn. in Ovo vegetabili citrino (attamen ſine igne) ut fiat inde aqua, poſtea recipe quintam eſſentiam roris cœleſtis, impregna cum anima Maris, & fœminæ, & rectifica cum aqua noſtri *Zibethi* vegetabilis, donec ſuavitatem acquiret, omnia miſce, diſtilla per filtrum noſtrum, & paratum habebis *Aurum potabile* vegetabile 8 dierum ſpatio præparatum. Qui vero Mercurium vegetabilem, & quintam eſſentiam habebit in paratu, utique poſſit, hoc *Sol* potabile 3 dierum ſpatio perficere, & tunc opus 3 dierum vocatur. Attamen quinta eſſentia roris cœleſtis, certo, & opportuno tempore colligenda eſt.

Hoc

Hoc aurum potabile, ſingulare confortans eſt in cunctis ægritudinibus, (minoris tamen eſt præſtantiæ reſpectu mineralis) ſecundum quod natura vegetabilibus ingenitum eſt, colore citrino eſt, inſtar auri optimi, dulcedine mel excellit, odorem tam jucundum poſſidet, & ſuavem, ut qui ſemel eo uſus fuerit, à mortuis ſe putet ſuſcitatum, & revivificatum. Quare mi frater ſecretum hoc (quod multa pecunia, multiſque laboribus comparavi, commendatum habeas, non propterea duntaxat, quod brevi temporis ſpatio præparetur, ſed etiam quia vires obtinet reficiendi pauperes: Pro certo enim affirmare audeo, valorem

unciæ

unciæ dimidiæ non excedere imperialem dimidium. Quare nuncupatur arcanum, quod celandum, & sedulò, coram indignis occultandum.

FINIS.

Leo rubeus Antipodagricus fixus.

Hoc est,

Brevis & solida expositio podagræ, quid sit, unde oriatur, & quomodo una cum reliquis omnibus Tartareis morbis totaliter curetur & radicitus auferatur.

Brevis præfatio in hunc tractatum.

AUtorem hujus libelli scire non opus est, causas verò propter quas scripserit, invenire habes

bes in ipso libello. Attamen si fortè indiges mei, scias proprium mihi nomen esse Leonem viridem & unicum matris meæ filium, qui tamen septem habeo fratres, quorum primus ego sum: Puer sum, & tamen membra habeo muliebria: Rex sum, alteri tamen famulo: Infans sum, & tamen senior sum matre, quæ bis me peperit. Animal sum, & tamen homini similis sum, Draco sum venenatus; & tamen sanguinem habeo salubrem, quo crudelissimam etiam curavi Podagram & (auxiliante divina omnipotentia) in posterum etiam tollere, & erradicare Valeo, bene vale.

Cap.

Cap. 1.

De Podagra, quid sit?

POdagra est morbus Tartareus, qui ex genere, venenoso vapore quidem ascendit in cerebrum, qui inde in articulos decidēs, ob ipsorum imbecillitatem, & cordis distantiam commorans, nervos, & ligamenta explet, & distendit, unde propter Antipathiam, & contrarietatem, congredientium, immanissimi circa articulos oboriuntur cruciatus.

Cap. 2.

De differentiis Podagræ, & quot ſunt ejus ſpecies.

AFFectus hic eſt in genere *Arthritidis*, cujus ſpecies ſunt *Trachelagra*, dolores in collo *Sigonagra* in *Maxilla*, *Rachiſagra* in ſpina dorſi: Omagra in oſſe humerali: Pechiagra in cubitu: Chiragra in manibus, Ilchias in Coxis, Gonagra in genubues. Podagra in pedibus, Quæ omnes duplices ſunt, una ex ſanguine, dum ipſe ſanguis effervescens, crudeliſſime ſævit: Alter ex fluxionibus capitis (ut putà acidis, ſalſis & corroſivis & acetoſis (quæ fluxionum conditiones, cauſæ ſunt Podagræ) proficiſcitur.

Cap.

Cap. 3.

De cauſis Podagræ, deque Materia ex qua Podagra originem ſuam ſumit.

OMnes prædictæ ſpecies Podagræ, trahunt originem ſuam ex tale naturæ (Reſoluto Volatili, ſive mercuriali, Tertio nimirum omnium rerum principio) quod per accidentia ſive peregrinas ſulphuris innati proprietates, ſupra modum commovetur, ac proinde ex diſtillatione materiæ pituitoſæ bili mixtæ, proficiſcitur. Atque vel eſt Hereditaria ex infirmiore parentum ſemine, vel contracta ex cauſis evidentibus, hoc eſt accidentaliter cauſata & ex quinq; entibus diſcernitur.

Cap.

Cap. 4.

De prognosticis & indiciis unde conjecturari licet, utrum mox Podagricus quidem resistiatur, vel repassurus sit dolores podagricos.

SIgna prognostica, utrum nimirum podagra rursus quempiã invasura sit, sunt hæc. Primò repletio ventriculi, quando nimirum ventriculus, superfluo cibo, & potu repletur, & si intemperanter potando committitur excessus.

Secundo Venus immoderata, id est, nimius usus Veneris, ac inde profecta debilitatio, potissimum qui committitur stando.

Tertio immensa frigora, Venti, & tolleratio aeris frigidioris.

Quarto

Quarto repentina ira & subitus terror.

Quinto difficilis coctio cibi duri, & semicocti, ut caro summè indurata, caro Bubula, suilla, Lac, Caseus, panis fermentatus, cruda oplonia, vina tortia sulphurata, in Mustum, Vinum recens, fœculentum, cervisia nova fœculenta, à quibus singulis ledulo sibi caveat Podagricus, dum Tartarus Microcosmi alteratur, naturæ sal accenditur, indeque humor radicalis, dulcis balsamus naturæ commovetur, & de novo invaditur, ac interdum plus minusve vehementiores cruciatus excitantur, atque adeo secundum varietatem superfluitatum excrementitiarum, trium principiorum variæ cautantur Podagræ. Cap.

Cap. 5.

De gradibus Podagræ, an ſit curabilis.

TRes gradus ſunt Podagræ, primus eſt Podagra Hereditaria ex innato parentum Tartaro. Secunda eſt Podagra accidentalis, & ſoluta, quæ ex jam recitatis cauſis oritur, & nuncupatur Podagra recens, & nova incipiens, levis, quando æger non continuo cruciatur, ſed certis quibuſdam temporibus, poſtea vero finita effervescentia podagrica, rurſus hinc inde obambulare poteſt.

Tertia Podagra etiam eſt accidentalis, ſed coagulata, & nominatur Podagra nodoſa, de qua

qua veteres hoc reliquerunt axioma, *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* Recens igitur & incipiens Podagra, ſtabilemque ſedem in ſanguine, & carne nondum affecuta, facilivia (auxiliante deo) per ſolam curam Magicam, & tranſplantationem auferri poteſt: ſiquidem etiam id quomodo fieri poteſt per pillulas antipodagrias, & Balſamum anodinum, ſicuti in centuria curationum mearum nomina patientium liberatorum expreſſe habentur.

Sed hæreditaria, ut & inveterata & à parentibus innata in ſanguine, & carne fixam nacta ſedem, ubi cruciatus exnegligentia curæ, ſupra modum increverant, Materiaque *Tartarea* nimis infrigidata

infrigidata abiit in coagulationem, & calcem nodosam. Item jam, ubi fluxio podagrica, sive humor tenax membra contraxit, ut in senibus, defatigatis, & enervatis hominibus, quod articulos induratos jamdudum habent, impossibile est ferre opem per remedia ita, non fixa.

Nam etsi infra positum arcanum Tartari, & Balsamum unum antipodagricum, tollunt cruciatus podagricos, quo ipsi maximum fit decrementum, consumere tamen podagram & radicitus tollere, nequaquam possunt, idque (attestante unico veritatis doctore) experientia.

Cap.

Cap. 6.

De curatione podagræ, Quomodo, quibusque curetur mediis.

TRactatu meo de morborum origine, quinque essentias descripsi; ex quibus omnes ægritudines proficiscuntur. Atque ens deale, in omnibus morbis primum obtinet locum; sciendumque, aliquando alicui morbum contingere quendã, à solo Deo omnipotente, ad reprehendendum, & castigandum, vel cohibendum illum, atqui tales hoc loco non aggredimur, prout ibi locotum de morbis ex ente deali profectis, prolixius legere est. Coerta vero, quatuor entia (assistẽtia divinæ gratiæ, & misericordiæ)

ricordiæ) curare meum est propositum. Quod solummodo, Leone rubeo fixo fieri, & perpetrari potest. Siquidem omne volatile, vi saltem penetrat & volatilitate suâ duntaxat volatile & non fixum secum aufert, morbos vero inveteratos, & fixos relinquit intactos, medicina vero fixa, ac Hermetis arte in suam essentiam redacta, fixos etiam in eorum visitat centro, penetrando nimirum & eradicando universam ipsorum radicem, & originem, id quod fit Leone nostro rubeo, cujus hæc est præparatio.

R. Leonis nostri viridis quantumvis [illegible] reple retortam [illegible] eadem ad medietatem usq[illegible] distilla primo lento igne aquam dulcem, donec

fumus albus exiturus est. Sinito inde infrigidari, & frāge vitrum, & invenies Leonem Rubeum, quem probe conteres, eoque reple aliud vitrum, adlutaque magnum, sive amplum vas recipiens, igneque fortiori distillare incipe, (ut aquam fortem distillare solitum est) & egredietur lac virginis: hanc destillationem continuare oportet, octo dierum spatio, vel donec nulli amplius appareant fumi albi tunc frange retortam, & invenies corvum nigrū, in quo delitescit alba columba, quam sic prolicere oportet, ut sequitur.

R. Hanc nigram terram, eamque calcina in furvo ventoso sex horis, deinde superfunde aquam pluvialem distillatam, & talem

extrahe, postea aquam filtratam evapora, & invenies in fundo columbam albam. Extracta igitur omni fallsedine, illa toties solvenda, filtrãda, & coagulãda, fit donec fiat sal, candidum, & transparens instar Crystalli, & tota solvatur substantia, nullasq; deponat fœces, & terra erit satis præparata. Postea accipe hanc terram foliatam, & ipsi bibendum exhibe lac Virginis, texies tamen, vel septies rectificatum, ponequelac virginis, albamque columbam conjuncta, in ignem lentissimum (vitrum tamen sit hermetice clausum) & in tali colore materia ascendet, & descendet, & permittito stare in aquali colore, donec omnes transierint colores, obscureque

rubeus, & resplendens, fixusque in fundo phiolæ, appareat pulvis, qui iterum resolvitur in rubicundum oleum.

Atque sic Leonis Rubei sanguis paratus est. Medicina sanguinem purificans ad supremum usque gradum, eradicans fundamentaliter podagram, renovans hominem integrum, novam cutem, novosq; capillos generans, restaurans humidum radicale hominis, ut reviviscat. Dosis est 1, 3, in 4. grana in Vino generoso, sumptum, &c. sapienti sat dictum.

Sequitur descriptio Arcani Tartarei, & Balsami Antipodagrici.

R. Mineræ Majoris Vegetabilis, quantum vis, tamdiu eam calcina, donec fiat abissima, conterè & cum spiritu vini ejus tincturam extrahe; filtra postea, & 12 per dies circula in balneo, & duæ distinctæ separabuntur essentiæ, flava nimirum supernatans, & rubra residens in fundo, quarum illa solvere potest gemmas, easq; reducere in suam primam materiam. Hæc vero, id est, superior certissimum est specificum catharticum, omnium morborum tartareorum cum primis podagræ, & reliquorum arthriticorum,

arthriticorum, præsertim recentium, quas radicitus expellit, præmissa tamen evacuatione ægrotantis, cum phalaia nostra vegetabili, hæc enim unica, vires possidet leviter evacuare omnes Tartareas superfluitates, viscositates, & Phlegmata per sedes, quale mihi nondum aliud visum fuit simile purgans, quamvis in hac parte, nullis pepercerim laboribus, & pleraque purgantia, examinaverim, hæc tamen phalaia laudem semper obtinuit. Dos. est 10 vel 12 guttularum cum totidem tincturæ corallorum administrata.

Balsamus Antipodagricus.

R. Coagul. Sulphuris Animalis & Gũmi Alkali ℥2 Merc. & sulphuris naturæ ℥ss. Quintæ essentiæ vegetabilis q: sufficit. Pone in digestione lentissima probeque clausa 8. dierum spatio, postmodum separatis fœcibus reliquum ad usus reserva. Balsamus hic linteolo, locó affecto applicatus, eoque aliquoties de novo imbibito, omnes extrahit dolores, brevissimo temporis spatio. Ad resolvendos vero nodos podagricos Oleum Talci usurpetur. Ad comfortandum vero inservit quinta perlarum essentia, & spiritus auri, quorum præparatio genuina, in dispensatorio nostro chymico reperiatur.

FINIS.

Ad Typographos.

IN hoc libello nonnulli tractatuli citantur, & allegantur: Utpote, 1 *Collegium philosophorum,* 2 *tractatus universalis de Macrocosmo, & Microcosmo,* 3 *dispensatorium Chymicum,* 4 *Clavis sapientiæ,* 5 *Leo viridis,* 6 *Mons Magnesiæ, & tabulæ quædam Synopticæ, quæ singula nundinis his vernalibus proditura erant, temporis verò brevitate intermissum fuit opus incœptum. Deo tamen volente, in posterum apud* Clementem Schleichium, *civem, & bibliopolam* Francofurtensem, *citatos libellos invenire habebis. Atque cum aliis etiam in locis, autoris prioris tractatuli valdè*

valdè incorrecti, impressi reperiantur, admonitos istos Typographos velim, ut ab istiusmodi impressionibus suppositis abstineant, considerantes, quod omnes isti tractatuli, planè denuò revidebuntur, corrigentur, & perfectè augebuntur, & in unum opus redigentur, cujus titulus erit, Cista Chymicomedica, similiter impensis Domini Schleichii *imprimenda, & apud eundem invenienda.*

FINIS.

Trismegisto & benedicto regi gratiæ, sit laus, & gloria immortalis. *Amen.*

Imprimatur

Hæc avicula, &c.

Sa. Baker.

Decem. 16. 1637.